Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

saul iacentes et dormientes
in tentorio et hastas fixas
in terra ad caput eius ab-
ner autem et populus dormiebat
circuitu eius. Dixitque ab-
ysai ad David. Conclusit
deus hodie inimicum tuum in
manus tuas. Nunc ergo percutiam
eum lancea in terra semel
et stabo opus non erit. Et dix-
it David ad abysai. Ne inter-
ficias eum. Quis enim extendit
manum suam in xpm dni et in
nocens erit. Et dixit David.
Vivit dns quia nisi dns percus-
serit eum aut dies mortis
venerit vt moriat aut in
plio descendens pereat. Propi-
tius sit mihi dns ne extendam
manum meam in xpm dni. Nunc
igitur tolle hastam que est
ad caput eius et cyphum a-
que et abeamus. Tulit er-
go David hastam et cyphum
aquae qui erat ad caput saul
et abierunt et non quispiam q
viderat et intelligebat sed
omnes dormiebant quia sopor
dni irruerat super eos. Cum
transisset David ex aduerso
et stetisset in vertice mon-
tis de longe et esset spa-
tium magnum inter eos
clamauit David ad populum et
abner filium ner dicens. Non
ne respondebis abner. Et respon-
dit abner ait. Quis tu es qui
vocas filios tui
in regem. Quare ergo non
custodisti dnm tuum regem
Ingressus est vnus de turba
vt interficeret dnm tuum re-
gem. Non est bonum hoc quod
fecisti. Vivit dns quia filii
mortis estis vos qui non
custodistis dnm vestrum xpm
dni. Nunc ergo vide vbi sit
hasta regis et vbi cyphus
aquae qui erat ad caput eius.
Cognouit autem saul vocem
David et dixit. Numquid vox
tua haec est fili mi David.
Et David. Vox mea mi dne
rex. Et ait. Quam ob causam
dns meus persequitur seruum suum.
Quid feci aut quod est ma-
lum in manu mea. Nunc ergo
audi oro dne mi rex verba
serui tui. Si dns mi dicat
aduersum me te odoret
sacrificium si autem filii hom-
ini maledicti sunt in conspectu dni
qui eiecerunt me hodie vt
non habitem in hereditate dni
dicentes. Vade serui dis
alienis et nunc non effundat
sanguis meus in terra coram
dno quia egressus est rex
israel vt quereret pulicem vnum
sicut persequitur perdix in montibus
Et ait saul. Peccauimus. Reuer-
tere fili mi David. Nequaquam
enim vltra mala tibi faciam
eo quod pretiosa fuit anima mea
in oculis tuis hodie. Ecce cog-
nouit enim quod stulte egerim et
ignorauerim nimis. Et
rndens David ait. Ecce has-
ta regis. Transeat vnus de
pueris regis et tollat eam.
Dns autem retribuat vnicuique
secundum iustitiam suam et fidem.
Tradidit enim te dns hodie
in manu mea et noluit leuare
manum meam in xpm dni. Et
sicut magnificata est ho-
die anima tua in oculis meis
sic magnificetur in oculis dni